

Daktylský hexametr

Případy hexametru s jednou převažující stopou:

quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. (Verg., *Aen.* 8, 596).

pontum aspectabant flentes. heu tot vada fessis. (Verg., *Aen.* 5, 615).

illi inter sese magna vi bracchia tollunt (Verg., *Georg.* 4, 174).

olli respondit rex Albae Longae. (Enn., *Ann.* 33).

qui te lenirem nobis, neu conarere. (Catullus, 116, 3).

Césury a diairese v hexametu:

a/ příklady veršů, v nichž se konec stopy příliš často shoduje s koncem slova:

- *lati | campi | quos gerit | Africa | terra politos.* (Enn., *Sat.* 11).

- *corde capessere, | semita | nulla pedem stabilibat*

b/ Césury za první krátkou slabikou daktylu:

- *dignum mente | domoque | legentis | honesta | Neronis.* (Horatius, *Epist.* 1, 9, 4).

- *labitur uncta | carina | per aequora cana | celocis.* (Enn., *Ann.* 478).

c/ césury:

- **penthémimeres:** Ennius, *Ann.* 179: *aio te, Aeacida, || Romanos vincere posse.*

ve spojení s penthémimeres stojí někdy **hefthémimeres:** Catullus 64, 180:

an patris auxilium || sperem? || quemne ipsa reliqui.

trithémimeres: Verg., *Aeneis* 8,490: *armati || circumstant ipsumque domumque;*

bukolská diairese; Verg., *Buc.* 3, 86 (ve spojení s penthémimeres jako vedlejší césurou): *Pollio*

et ipse facit || nova carmina: || pascite taurum.

konec slova po 4. trocheji: *non ea vis animo nec tanta | superbia victis.* (Verg., *Aen.* 1, 529)

Versus spondiaci: (Enn. *Ann.* 191) *arbustum fremitu silvae frondosae.*

(Verg., *Georg.* 3, 276): *saxa per et scopulos et depressas convalles*

Jednoslabičné slovo na konci hexametru po slovu víceslabičném:

- *sic animis iuvenum furor additus. inde lupi ceu* (*Aen.*, 2, 355; vzor: Homér, *Íl.* 11, 76 λύκος ὤς).

- *unus qui nobis cunctando restituis rem* (*Aen.* 6, 846; vzor: Ennius *Ann.* 370).

- *cum patribus populoque, penatibus et magnis dis* (*Aen.* 8, 679; vzor: Ennius *Ann.* 201).

- *parturient montes, nascetur ridiculus mus* (Hor. *ars* 139)

Krátká slabika v thesi: Verg. *Georg.* 4, 453: *Non te nullius* || *exercent numinis irae.*

Versus Diphilius: — u u — u u — || — — u u — u u — (ta poslední slabika je *indifferens*, tzn. krátká nebo dlouhá, já to však neumím na počítači napsat).

Plautus, *Casina* 644: *iam tibi istuc cerebrum || dispercutiam, excetra tu.*

Ovidius, *Met.* 1, 89-112

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo,
90 sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat.
poena metusque aberant, nec verba minantia fixo
aere legebantur, nec supplex turba timebat
iudicis ora sui, sed erant sine vindice tuti.
nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,
95 montibus in liquidas pinus descenderat undas,
nullaque mortales praeter sua litora norant;
nondum praecipites cingebant oppida fossae;
non tuba directi, non aeris cornua flexi,
non galeae, non ensis erat: sine militis usu
100 mollia securae peragebant otia gentes.
ipsa quoque immunis rastroque intacta nec ullis
saucia vomeribus per se dabat omnia tellus,
contentique cibus nullo cogente creatis
arbuteos fetus montanaque fraga legebant
105 cornaque et in duris haerentia mora rubetis
et quae deciderant patula Iovis arbore glandes.
ver erat aeternum, placidique tepentibus auris
mulcebant zephyri natos sine semine flores;
mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
110 nec renovatus ager gravidis canebat aristis;
flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
flavaque de viridi stillabant ilice mella.

Homér, *Ílias*, I,1–20

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος (1)
οὐλομένην, ἣ μυρὶ Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε,
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
ἠρώων, αὐτοὺς δὲ ἐλώρια τεῦχε κύνεσσιν
οἴωνοῖσί τε πᾶσι, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή, (5)

ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε
 Ἀτρεΐδης τε ἄναξ ἀνδρῶν καὶ δῖος Ἀχιλλεύς.
 Τίς τάρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι; @1
 Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός· ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς
 νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὄρσε κακὴν, ὀλέκοντο δὲ λαοί, (10)
 οὐνεκα τὸν Χρῦσῆν ἠτίμασεν ἀρητῆρα
 Ἀτρεΐδης· ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν
 λυσόμενός τε θύγατρα φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα,
 στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἐκηβόλου Ἀπόλλωνος
 χρυσέφ' ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ λίσσετο πάντας Ἀχαιοῦς, (15)
 Ἀτρεΐδα δὲ μάλιστα δύω, κοσμήτορε λαῶν·
 Ἀτρεΐδαι τε καὶ ἄλλοι εὐκνήμιδες Ἀχαιοί,
 ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
 ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἰκέσθαι·
 παῖδα δ' ἐμοὶ λύσαίτε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθαι, (20)
 ἀζόμενοι Διὸς υἱὸν ἐκηβόλον Ἀπόλλωνα.

Catullus 64, 265-302

265 talibus amplifce vestis decorata figuris
 pulvinar complexa suo velabat amictu.
 quae postquam cupide spectando Thessala pubes
 expletast, sanctis, coepit decedere divis.
 hic, qualis flatu placidum mare matutino
 270 horrificans Zephyrus proclivas incitat undas
 Aurora exoriente vagi sub limina Solis,
 quae tarde primum clementi flamine pulsae
 procedunt leviterque sonant plangore cachinni,
 post vento crescente magis magis increbrescunt,

275 purpureaque procul nantes ab luce refulgent:
sic tum vestibulo linquentes regia tecta
ad se quisque vago passim pede discedebant.
quorum post abitum princeps a vertice Peli
advenit Chiron portans silvestria dona:
280 nam quoscumque ferunt campi, quos Thessala magnis
montibus ora creat, quos propter fluminis undas
aura aperit flores tepidi fecunda Favoni,
hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,
quo permulsa domus iucundo risit odore.
285 confestim Peneos adest, viridantia Tempe,
Tempe, quae silvae cingunt super impendentes,
Haemonisin linquens crebris celebranda choreis,
non vacuus: namque ille tulit radicitus altas
fagos ac recto proceras stipite laurus,
290 non sine nutanti platano lentaque sorore
flammati Phaethontis et aerea cupressu.
haec circum sedes late contexta locavit,
vestibulum ut molli velatum fronde vireret.
post hunc consequitur sollerti corde Prometheus,
295 extenuata gerens veteris vestigia poenae,
quam quondam silici restrictus membra catena
persolvit pendens e verticibus praeruptis.
inde pater divum sancta cum coniuge natisque
advenit, caelo te solum, Phoebe, relinquens
300 unigenamque simul cultricem montibus Idri:
Pelea nam tecum pariter soror aspernatat,
nec Thetidis taedas voluit celebrare iugales.

EΙΣ ΔΙΑ (T)

Ζηνὸς ἔοι τί κεν ἄλλο παρὰ σπονδῆσιν ἀείδειν (1)
λώϊον ἢ θεὸν αὐτόν, ἀεὶ μέγαν, αἰὲν ἄνακτα,
Πηλαγόνων ἐλατῆρα, δικασπόλον Οὐρανίδησι;
πῶς καὶ νιν, Δικταῖον ἀείσομεν ἠὲ Λυκαῖον;
ἐν δοιῇ μάλα θυμός, ἐπεὶ γένος ἀμφήριστον. (5)
Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσσι φασι γενέσθαι,

Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ· πότεροι, πάτερ, ἐψεύσαντο;
 'Κρήτες ἀεὶ ψεῦσαι'· καὶ γὰρ τάφον, ὃ ἄνα, σεῖο
 Κρήτες ἐτεκτίναντο· σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσι γὰρ αἰεὶ.
 ἐν δέ σε Παρρασίῃ Ῥεῖη τέκεν, ἧχι μάλιστα (10)
 ἔσκεν ὄρος θάμνοισι περισκεπές· ἔνθεν ὁ χῶρος
 ἱερός, οὐδέ τί μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης
 ἐρπετὸν οὐδὲ γυνὴ ἐπιμίσγεται, ἀλλὰ ἐ Ῥεῖης
 ὠγύγιον καλέουσι λεχώιον Ἀπιδανῆες.
 ἔνθα σ' ἐπεὶ μήτηρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων, (15)
 αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος, ὃ κε τόκοιο
 λύματα χυτλώσαιτο, τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι.
 Λάδων ἀλλ' οὐπω μέγας ἔρρεεν οὐδ' Ἐρύμανθος,
 λευκότατος ποταμῶν, ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα
 Ἀζηνίς· μέλλεν δὲ μάλ' εὐυδρος καλέεσθαι (20)
 αὐτίς· ἐπεὶ τημόσδε, Ῥεῖη ὅτε λύσατο μήτηρ,
 ἧ πολλὰς ἐφύπερθε σαρωνίδας ὑγρὸς Ἴάων
 ἦειρεν, πολλὰς δὲ Μέλας ὄκκησεν ἀμάξας,
 πολλὰ δὲ Καρίωνος ἄνω διεροῦ περ ἐόντος
 ἰλυοὺς ἐβάλλοντο κινώπετα, νίσσετο δ' ἀνήρ (25)
 πεζὸς ὑπὲρ Κραῖθίν τε πολύστιόν τε Μετώπην
 διψαλέος· τὸ δὲ πολλὸν ὕδωρ ὑπὸ ποσσὶν ἔκειτο.

Ennius, fr. 57

Curantes magna cum cura tum cupientes
 Regni dant operam simul auspicio augurioque.
 In +monte Remus auspicio sedet atque secundam
 75 Solus auem seruat. at Romulus pulcer in alto
 Quaerit Auentino, seruat genus altiuolantum.
 Certabant urbem Romam Remoramne uocarent.
 Omnibus cura uiris uter esset induperator.
 Expectant ueluti consul quom mittere signum
 80 Volt, omnes auidi spectant ad carceris oras
 Quam mox emittat pictos e faucibus currus:
 Sic expectabat populus atque ore timebat
 Rebus utri magni uictoria sit data regni.
 Interea sol albus recessit in infera noctis.
 85 Exin candida se radiis dedit icta foras lux
 Et simul ex alto longe pulcerrima praepes
 Laeua uolauit auis. simul aureus exoritur sol
 Cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta

Auium, praepetibus sese pulcrisque locis dant.
90 Conspicit inde sibi data Romulus esse propritim
Auspicio regni stabilita scamna solumque.

1. at regina iamdudum saucia cura graui
alit uulnus uenis et caeco igni carpitur